



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXIII.

10. Septembris. 4. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

228 ANNI CISTERCIENS.



10. Septembris. 4. Idus,

Obiit
anno
1157.

S E R L O; amplissimæ Congregati-
onis Savigniacensis Caput, & Ab-
bas primarie: quæ cùm viris eruditio-
ne & sanctimonia claris per Franciam
Angliamque floreret, ubiores tamen
virtutum fructus eam credebas germi-
naturam, si hic Ordinis Benedictini
Palmes Viti Cisterciensi insereretur.
Quare in Comitiis Generalibus sup-
Anno plex petiisti, ut tibi unà cum triginta
1148. Filiabus, amplissimis cœnobiosis, ejus-
dem sacri Instituti amplectendi facul-
tas concederetur. Condecorabat Pa-
trum tunc Cisterci conjunctorum fa-
miliam suâ præsentia Eugenius III. P.
M. & ipse Cisterciensis, BERNARDI
filius: quo maximè promotore, quod
rogaveras, consecutus es: ita tamen, ut
pro genuina Matre solam agnosceres
Claramvallem: lege quidem adeò non
ingratâ, ut, ceu tenerimè amans fili-
us è dilecta finu non recessisses, nisi te
recenter natis filiis pernecessarium Pa-
trem Protoparens Mellifluus Savigni-
acum repetere compulisset. Postquam
verò illum ad se superi rapuere, nullius
ultrà moræ patiens ad Claramvallem
properâsti: ibique reliquos emeritæ vi-
tae annos

Præfe-
tura
se ab
dicat.

tæ annos summo tam Abbatis Rober-
ti, quām totius incliti cœtūs solatio
percurristi; cùm in suada tua dulci si-
mul ac piè facunda, redivivum spirare
BERNARDUM suum Claravallis si-
bi gratularetur. *Loquere tu in interiore*
menti, meæ aurem: impelle argumentorum
impetu voluntatem meam, ignavum illum
cunctatorem, ad serias pro æterna salute
vigilias.

B.O G L E R E, Locedii in Lombar- *Obiit*
dia Abbas, terror immundorum spiri- *anno*
tuum: quorum plurimi cùm *cives op-*
pidi cuiusdam non procul à Januis
divexarent, illue vocatus, indicto tri-
*duano jejunio, afflictos in Ecclesiam *Dæmo-**
*adduxisti: ac primum orcinos hospites *nes fu-**
*adventus sui causam jussisti edicere. *gat,**
Horum omnium vox una fuit: se de il-
loruni esse numero, quos olim Serva-
tor porcis immisso in mare præcipi-
*tes egit: nunc verè à D E O *tortores**
destinatos in petulantis linguae vindictores
*etam, quæ in Matrem Virginem insur- *Marię-**
gere nimis impudenti licentiâ per eas masti-
*Italiæ partes non verecundaretur. Hac *gu.**
confessione extorta, fœdos coeli terræ-
que exules ad sua ergastula relegasti.
Ad non minoris mali remedium ope-
râ tuâ usus est Innocentius III. in fini-
bus Lombardiae: Execrabilis enim ibi


K k 7 consuetu-

230 ANNI CISTERCIENS.

Duella prescribit. consuetudo in valuerat, ut litium quacumque decisio non nisi armorum arbitrio sanctaretur: barbaro sanè iudicio, cùm summa injuria esset prosummà Juris. Hac peste strenuè profligata, in Armeniam usque eadem auctoritate Apostolica missus, quot gesta, totidem reportasti victorias: quibus meritam denique coronam imposuit beata mors, felicis post labores quietis prodromus. Non est, unde & ego, licet Arma contra hostes. exhaustus viribus miles, spicula hostis infernali metuam: si me armis defendam, quæ mihi offerunt præclari horum bellorum duces: quorum mihi antesignanus est

S. BERNARDUS, ser. de S. Andr.

Crux terror dæmonis. Sit ergò gaudium nostrum in tribulatione; & non habet malignus, unde illiciat, non habet unde dejiciat: liberati sumus à laqueo venantium, pariter & à verbo aspero. Nihil enim proficit in eo, quem Crux Christi delectat.



II. Septembris. 4. Idus.

Obiit anno 1123. B. BOEMUNDE Abbas S. Joannis de Taraуа in Lusitania: qui à S. BERNARDO in plagam illam longè dissipit cum sociis missus, Cisterciense nomen ad tantam venerationem provexit.